

VERNANT

(1989) *L'individu, la Mort, l'Amour. Soi-même et l'autre en Grèce ancienne*, Gallimard, Paris

WHITMAN C. H.

(1963) *Homer and the heroic Tradition*, Harvard University Press, Cambridge, Massachusetts

VLEMINCK S.

(1981) *La valeur de ἀτιμία dans le droit grec ancien*, Les Etudes classiques, XLIX, pp. 251-265

Anton Aškerc

MUTEC OSOJSKI – MUTUS DE OSOJE

“Saluto vetus, fuscum te monasterium
et te tranquillum planum lacus smaragdinum!
Praeclara margarita tu Carantaniae,
invenietne pacem cor meum apud te?”

Quis es, viator hospes, qui tecum loqueris?
Et iuxta lacum pulchrum hāc viā graderis?
Est gradus tibi fortis, statura nobili,
sunt oculi vivaces, sed vultus pallidi.

Ad portam monasteri viator venerat.
En illic abbas canus senexque ambulat.
Sed advena est mutus et nihil loquitur.
Responsum scriptum abbas ab eo traditur.

“Quid lego, quae scripsisti? Tu Roma veneras?
Hic apud nos manere, pacem desideras?
I mecum, homo pie! Si fido corde es,
nunc nobis uti servus, si vis, hic servies!”

Demisso intrat domum cum abba capite.
Negotiorum ima gerit quotidie.
Et primus ille surgit multoque mene iam,
postremus somno dulci it semper obviam.

Iam nemo est, qui quaerat, quis sit et unde is,
natalis ubi locus et cuius generis.

Ignotus, sicut venit, hic manet omnibus.

Cum eo quis loquatur? Est mutus, tacitus!

Ut servum visat aegrum, ita abbas hodie.

In cella mutus iacet confrater tacite.

En, hic in lecto duro aegrotum miserum;

huic muto abbas portat Sacrum Viaticum.

“O pater bone, audi, nunc locuturus sum!”

Facitne verba mutus? . . . Fitne miraculum?

Non inter nos hic annos bis ternos fuerat?

Nunc bene loqui potest, non ante poterat!

Et suam lente levat nunc conscientiam . . .

De spatitis turbatis – o longam fabulam!

De sancto Stanislavo narrat episcopo,

cui olim cor transfixit, iratus, gladio . . .

Et cum in cellam venit aurora tertia,

cantantur defunctorum in choro carmina.

In cathedrali mutus in arca servus est,

in parametris nigris pro eo missa est.

Et pater Tencho missam cantabat orans sic:

“Polonus rex erat, scis, Boleslaus hic . . .

Agebat mutus noster, en, poenitentiam.

O Deus, sume eius in coelum animam!”

8.III 1991

Vertit: S. Kopriva